

S O K F É L E.

17. Szám. Béts. Februárius 28-dikán. 1834

Emlékeztető Jegyzetek.

F e b r u á r i u s.

26 Febr. — 1450. Gfc. Sforza Mailand Hertzege lesz. — 1811:
A' Finántz - Patent kihirdettetik.

27 Febr. — 1470. IV Fridrik öszszehívá Németország Rendeit
Bétsbe, hogy segedelmet kapjon az előre nyomuló Törökök ellen,
két hónapi hasztalan tanakodás után új gyűlés határoztatik. — 1768.
Bétsben nagy földingás, a' Duna nagy károkat okoz. — 1818. Fessler
levele Verhováztához:

Excellentissimo ac Reverendissimo Ecclesiae Zagrabiensis Episcopo
Domino Maxim. Verhovác

Ignat. Aurel. Fessler. s. p. d.

Pro assignatis mihi per munificentiam Tuam Excellentissime
Praesul Centum flor. Rhen. monetae argenteae patere, ut exili hac
pagina grati animi mei, meorumque testimonium Tibi exhibeam,
profitearque nihil mihi cum sinistra fortuna composito sive ad eges-
tatis domesticae levavem, sive ad afflictae mentis consolationem
accidere potuisse felicius, quam ut a Te, quem inde ab ultima re-
visione Patriae svavissimae colui, dignaque tenui memoria, inspe-
ratum nec expetitur acciperem beneficium.

Multiplicavit quoque Deus non pridem munificentiam suam et
conversus consolatus est me. Ostendit quidem mihi tribulationes
multas et malas, non tamen proiecit me in tempore senectutis, nec
cum deficeret virtus mea dereliquit me: inopinato enim, meque
nihil agente 13 Calend. Septemb. 1817 Sanctissimi ergo Regis nostri
Stephani festiva die ab Imperatore iustissimo motu proprio vel ve-
rius divino nutu per mandatum sua manu signatum ita in integrum
restitutus sum, ut mihi in Professoris dignitate, officioque ad Co-
missionem pro redigendis legibus confirmato et subtractum per 18
menses salarium illico exsolvi debuerit, idemque annuatim per re-
liquos vitae meae dies percipiendum mihi fuerit assignatum.

Recuperato hac ratione statu meo domestico tantum de resti-
tuendo adhuc et complendo eruditionis meae et operis mei historici
merito, quo brachium Domini generationi omni Hungariae, qua
Toldalék a' M. Kurirhoz.

ventura est, annunciare satago, sum sollicitus. Certe si *Historias Hungarorum* a me enarreatas et usque ad Tomum IV, id vero est, usque ad A. 1458 productas attentione aliqua et adprobatione Tua dignas censuisti nihil amplius in votis habeo, quam ut eo omnibus vel saltem pluribus Patriae nostrae eruditis simulque religiosis viris aequae ac Tibi probarentur; tunc enim spes non plane vana affulgeret, laboris mei exantlati partem praecipuam, et aliquali saltem aestimatione non indignam ab interitu et oblivione salvatum iri; Tomos 4-or posteriores operis puto, qui absoluti in scriniis meis inacent sepulti exspectantes fortes in vanum Maecenates liberales, qui sumtus in illorum editionem erogandos ob prolixitatem *) non exiguos collaturi et subministraturi sint. Bibliopla Lipsiensis ob paucitatem, ut dicit, emtorum et ob lucrum promptissimum cessans ne paginam quidem amplius suis sumtibus typis dare constituit; quantumvis iusti rerum censores agnoscant et asseverent operi in postrenis his quatuor Tomis fato suo iam supprimendis de pagina in paginam novum pondus accessisse. Quid iis contineatur quoque ordine res gestae pertractentur ex adiecto epistolae huic conspectu quo vero genio et qua liberalitate simul ac modestia, sine ira et studio, quorum causas procul habeo, scripserim; ex praefixo cuique Tomo, et libro lemmate, atque ex annexa praefatione in Tomum VI, si vel libuerit, vel per graviora negotia licuerit, perspicies. Mihi id unicam saltem credere permissum sit, neminem Hungarorum in ipsa Hungaria ob varios respectus *Historias Hungarorum* ea, qua mihi ad Europae fines exuli, recti iustique tenacitate licuit scribere, unquam scripturum.

Sunt qui humilia tantum et in diem sapientes, me obiurgant, quod in enarrandis rebus Ecclesiasticis plus iusto immerer; sed salva sit istis per me vana sua et ventosa sapientia; mihi persvaso

*) Omnia 4 volumina efficiunt circiter 285 plágulas. Abdicato Typographo Lipsiensi Gleditsch homine avaro et lucri sordide avido de re praevis tractavi cum Typographo Vratislaviensi Guil. Th. Korn inter consortes artis suae aequissimo, qui pro excudendis 1500 operis 4 voluminibus absoluti exemplaribus Summam 1800 nummorum aureorum exigit, de quo mihi pro honorario in beneficium haeredum meorum 1000 nummos aureos promittit, ita tamen, ut 1400 exemplaria in suos fructus cedant, 100 meae dispositioni relicta sint.

Religiositatis et Ecclesiasticismi phaenomena certissimam clavim imo vero clarissimam lucem, atque animam vivificantem Historiis profanis adferre, aliter in argumento meo versari aequum non fuerat. Eiusdem, quod mireris in homine toto quanto politico, opinionis est etiam Supremus Imperii Russici Cancellarius Comes Rumjanczof benignior forte operis mei aestimator, qui interruptam operis impressionem fert aegerrime. Scripsit in paucis adhuc diebus ad me:

„Votre merite, vos ouvrages, vous donnent des droits a la consideration publique, et particulièrement a celle d' Hongrie. Parmi les Grands dece pays, il - y - en a de si riches, et je dois les croire generaux, que je ne fais pas de doute de la facilité, avec laquelle vous rencontrer aupres d' eux l' apuy et les secours, dont vous avez besoin pour achever l' histoire de leur Patrie.“

Rescripsi ad Comitem:

„Ita sane in omnibus modis et ubique iam impletum esset, quod Salvator mundi praedixerat: quoniam abundavit iniquitas (frivolitas) refrigerescet charitas (amor etiam eruditionis multorum). Proinde operis mei 4-or volumina posteriora requiescent in pace.“

Nescio an veritate an pusillanimitate potius haec scripserim; utinam erravissem atque Hungariae Proceres illustres maioribus animis operi meo historico iamiam supprimendo succurrerent, quam ego sperare audeam!

Sed ohe iam satis! Parce Praesul Excellentissime pro Tua clementia Seniculo, qui narratione de operis sui fato tragico Te tam diu destinere ausus sit. Res mihi quidem summopere cordi est et neminem Patriae Patrum praeter Te novi, in cuius sinum Patriae amore incensam curam, quae omni fortunarum penuria gravius me premit, confidentius deponerem. Levare eam et solidam operis mei Patriae consecrati partem suppressionis periculo laborantem in lucem promovere non unius viri est. Feliciter res perageretur, si movente Deo Eszterházyi, Illésházyi, Pállfyi, Graszszalkovichii, Zichyi, Szechenyii, Koháryi, Apponyi, Battyányi, Erdödyi, Csakyi, Forgáchii, Kolonicsii nostri aliique, quorum gloriam ab avis haereditate acceptam et ab ipsis auctam pro meritis depraedico; Si Posonium, cui prima educationis elementa debeo, si Inelyti Cottus Mosoniensis, Jaurinensis, et Bihariensis ad quorum primum natiuitate ad alterum institutionis litterariae fructu, ad tertium partae faventibus Ganóczyo, Bimbó, et Jedlitska solidioris eruditionis laude pertinco; ad congregandos sumtus, excudendis quator Histo-

riarum voluminibus necessarios, manus iungerent: sed ad hos illustres, Patriae Cives et Comitatus supplicaturo mihi nulla prorsus via est nec Patronus. Pergendum mihi ergo est in silentio et spe possidere animam meam et sperare in Domino qui convertet placentium meum in gaudium mihi, qui conscindet saccum meum et circumdabit me lactitia, ut cantet ei gloria mea et non compungar.

Tu vero Excellentissime Praesul pro studio meo indefesso de Religione de Ecclesia de Patria bene merendi favere non dedignare mihi, meritorum Tuorum, atque nominis Tui Cultori deotissimo. Vale. Scripsi Sareptae ad inferioris Volgae littora in Gubernio Saratoffiensi III. Kalend. Martii 1818.

P. S. Si forte exulem solitarium, qui nunc in adornanda 4-a editione operis sui, cui titulus „Marc Aurel,“ typis et sumtibus Kornii Vratislaviae excudenda occupatur, aliquot lineolis reficere, consolari, et recreare digneris, eas directe huc Sareptam per Breszt — Litovszky et Moskau nomini meo inscriptas consignabis. —

28 Febr. — 1820 † Liptsében Rosenmüller a' bontztan tanítója.

M e g e l é g e d é s.

Egy aszszony így szólítja meg egykor házastársát:
„Édes férjem! a' liszt, a' szalonna és az élés minden nemei napról napra drágábbak lesznek; nem tehetek azért már most az asztalodra hat gombóztot fel!“ —
„Mivel látom, hogy igazad van,“ felele a' férj „azért megelégszem ezután öttel is; tsak arra az egyre kérek, hogy azokat nagyobbra tsináld.“

E. G.

R e j t e t t s z ó.

A' feketés folyamok hullámzó árjait iszsza

Éjji sötét kebelem. Bennem azomba tenyész:

Ráma, salámi, alak, sima, láma, alá, mai, kalmár,

Már, is, sir, rák, kár, alma, ris, is, mi, kis, ár.

H. F.

Megfejtés a' 16 számban: Szekrény, szék, RÉNY.